

quod mandetur castellanis Coroni et Mothoni presentibus et futuris, quod dictum Elyam et suos heredes perpetuo debeat tractari et tractari facere in ea libertate et franchisia qua ipse Elyas et pater ejus usi fuerunt hujusque»⁹⁵.

62

1301-1368. Χειραφεσίες. Χάνδακας [λ].

Μ. Μ α ν ο ύ σ α κ ας, «Ελληνικὰ νοταριακὰ ἔγγραφα (1374–1446) ἀπὸ τὰ Atti Antichi τοῦ Ἀρχείου τοῦ Δούκα τῆς Κρήτης», Θησαυρίσματα 3 (1964), σ. 81, σ. 82⁹⁶.

ΧΕΙΡΑΦΕΣΙΑ

Χάνδακας, 1368, 13 Μαΐου

«Die XIIII mensis maij, indictione Vj, MCCCLXVIIj.

Presbiter Antonius Brixiano, notarius, presentauit cartam filialis subiectionis huius tenoris:

In nomine Dei eterni amen. Anno ab incarnation domini nostri Yhesu Christi millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, mense maij, die duodecimo, indictione sexta, Candide insule Crete.

Plenam et irrevocabilem securitatem facio ego Jacobellus Surianus, habitator Rethimni, cum ceteris meis heredibus, tibi Nicole Suriano, dilecto filio meo, ibidem habitatore, et [tuis] heredibus de filiali subiectione et de quantocumque michi subiacuisti, aut tibi ad dicendum uel requirendum habui uel habeo quocumque jure uel forma, tam per filialem subiectionem seu debitum hereditatis per aliquod lucrum uel havere aquisitum seu deinceps aquirendum et de universis rationibus, requisitionibus seu capitulis, quecumque cogitari uel dici possunt, quocumque modo uel ingenio, cum cartis et sine cartis, per curiam et extra curiam, juste quoque uel iniuste, ab initio usque modo.

Nunc autem qui de suprascriptis omnibus me bene et perfecte appacasti et deliberasisti, et a me ceterisque meis heredibus diuisus et difinitus es cum tuis heredibus, amodo in ante securus permaneas pariter et quietus, quia nichil inde remansit. Vnde te amlius requirere seu compellere ualeam per ullum ingenium seu modum. Si igitur contra hanc securitatis cartam ire temptavero, tunc emendare debeam cum ceteris meis heredibus, tibi et tuis heredibus auri libras V, et hec securitatis carta in sua permaneat firmitate.

Signum suprascripti Jacobelli, qui hec rogavit fieri.

Ego Thomas de Uedoaciis testis subscripsi.

Ego Franciscus Coppo testis subscripsi.

Ego presbiter Antonius Brixiano, notarius, complevi et roboravi»⁹⁷.

95. σσ. 299-300.

96. Για τις ελληνικές πράξεις πρβλ. σχετ. Γκίνης, *Περίγραμμα*, λήμμα 1102 και Παπαρρήγα-Αρτεμιάδη, Αρναούτογλου, Χατζάκης, *Περίγραμμα*, λήμμα 4.

97. σσ. 82-83.

